

Johann Huswedel

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Huswedelius, Phil.
pr. Prof. Ad Exequias Quas ... Matronae Ursulae Gerdes/ Liberi moestissimi
paratas cupiunt, Omnes omnium ordinum studiosos ... invitat**

Rostochi[j]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777526476>


Druck Freier  Zugang



Huswedel, J.,
in U. Gerdes.

Rostock. 1638.

65.



PROGRAMMA

Quo

Rector Universitatis Rostochiensis

JOHANNES HUS-

WEDELIUS, Phil. pr. Prof.

AD EXEQUIAS

Quas

HONESTISSIMÆ MATRONÆ

URSULÆ

Gerdes/

Liberi moestissimi paratas cupiunt,

*Omnes omnium ordinum studiosos ad horam primam
in Ecclesia S. Mariani diligenter invitat.*



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILII, Acad: Typogr.

Anno M. DC. XXXIIX.

Mirum est Ethnicos in ista cæcitate,
quam ijs tribuimus, deprehendere po-
tuisse, non tam fragilitatem humane
vitæ & moriendi necessitatem, ab ex-
perientia quotidiana demonstratam,
quam ejus bonum ac Providentiæ divinæ certitudi-
nem, quia nihil sine certa ratione fieri putarunt, cum
funera omnium generum, ordinum ac ætatum cõ-
fusa & mixta densari viderent, Etenim fragilitatem
satis ingeniosè præter cæteros indicavit Pindarus, cui
homo est non umbra, licet satis vana, sed umbræ so-
nium: aptissima, ut ait Græcus Philosoph. ad per-
spicuitatem & admodum artificiosa usus hyperbo-
la, Quid n. est imbecillius umbra? aut quibus verbis
somnia ejus effari possis? Moriendi vero necessi-
tatem cum iis ostenderet experientia, ex ratione
collegerunt, mortem probis & honestis malam non
esse, sed viam potiti, qua malum hujus seculi effu-
gere & in meliorem locum transferri possent; cum
enim hujus vitæ caligo nos impediât, quo mirus ve-
ram rerum faciem videre & earum naturã, pro sua
præstantia contemplari possimus, per hunc animæ
discessum ex corpore, quasi ex vinculis & custodia
fieri putabant, ut quanto liberior esset anima, tanto
melius ageret suum in veri contemplatione, nego-
tium, Præter istam caliginem turbulenti affectus, in
hae

hac vita non permittunt, ut recta ratio ^{θεωρητικῆ} Des
sequelam & obsequelam præstare possit, Ab iis ergo
& eorū *φλυαρίαι* nugis ac stultitia liberari magnæ
beatitudinis & felicitatis est. Sexcentas n. inquit
Philos. ὁ *θαῖος*, objicit nobis corp⁹ molestias, propter
alimenta ad vitam necessaria, propter ægrotudines
& morbos, amores, cupiditates, metūs, bella, seditio-
nes earumq; causas, à corporis cura ortas: quantas
ea turbas excitant, quibus curis animum, instar Pē-
thēi à Bacchis raptati, discerpunt, lacerant, lancināt,
idq; corporis unius causa. Quidni igitur hanc
moriendi necessitatem arripiamus, imò ambabus
manibus amplectamur, ut id tandem ex animo di-
cere possimus, quod olim in mysteriis dici solebat
ἔφυγον κακὸν, εὔρον ἀμεινον, Effugi malum, inveni melius,
Quæ conditio si cui contingat, quid ille porro de
providentia divina jure conqueratur? Imò gratias
agant potius omnes quocunq; ordine evocati: ju-
venes & quicunq; nati sunt non magno, quod in
hac turbulenta malorum ac vitiorum colluvie diu
relicti non sint: Unde liberari quanto citius, tantò
melius est. Adultiores & senes annis confecti, pan-
nis obfiti quod in hoc patientiæ gymnasio, suæ for-
titudinis, adversus malā fortunā, specimen, possint
edere: quod n. spectaculum pulchrius, quod par
melius compositum, quam Vir bonus & mala For-

nuna? Quod si fortunæ secundo vento usi feliciter
in hujus vitæ pelago navigent, providentiæ divinæ
acceptum ferant, quod etiã Dionysij, Catilinæ, Ca-
ligulæ secunda tempestate utantur. Quin agãt pro-
videntiæ divinæ gratias, quod ad pœnam & vindi-
ctam lento gradu procedat, quod respiscendi spa-
tium relinquat male consultis, quod ipsos aliorum
exemplis moneat in quibus fata sua, videre, legere
& præsentire possint. Cum quidam diceret, Felicẽ
Tyrannum perhibere testimoniũ contra providen-
tiam divinam; tantum abest, ut verum dixerit, ut
potius *ἡ θεὸς βραδύως τιμωρὸς μένῃ* argumentum vigilan-
tiæ & ordinis evidentissimum daret. Quid vero nos
Christianos facere oportebit, cum illa de cæcis Eth-
nicis vera negari non possint. Fragilis est vita no-
stra: quidni & homines nimirum sumus & ut mysti-
cæ literæ ajunt, caro. Moriendũ est, vel in somnũ,
ex nostri servatoris formula, collocamur, vel in pá-
triam, (ita Ethnicis illis cæcis, forte & mutis quoq;
dictam) cælestem revertimur, & primi nostri paren-
tis patrem Deum coram veneramur. Parvuli quidẽ
cito beati in altera vita, Seniores diu felices in hac:
Fortunati morientes in prima ætate, videlicet
malitia lapsu temporum eos perditum eat; Fortu-
nati diu vivẽtes, vel ut benignitate divina diu gau-
deant, pij, vel ut eadem ad pœnitentiam invitentur
in

impij, Sed hoc agamus. Defuncta est hujus vite cur-
su matrona pia, & cæteris matronalibus virtutibus
prædita, URSULA GERDES, cujus obitum ut & rectio
arbitremur, vitâ ipsam paucis perlustrabimus. Na-
ta ea est, Anno Domini 1585, die 11. Octobr. hac in
urbe ex parentibus honestis & primariis: siquidem
pater ei fuit, Vir Ampl. & Prudentiss. Dn. STEPHANO
GERDES, hac de Republ. Senator bene meritus, Ma-
ter honestissima foemina CATHARINA Mecklenburgs.
Avus paternus Dn. MARQUARDUS Gerdes / Vir itidē
Amplissimus & Prudentissimus eodem in ordine
Senatorio, Avia paterna MARGARETHA Gladowen/
singulari pietate & honestate ornata. Avus maternus,
Vir Nobiliss. Dn. BALTHASAR Mecklenburg / præ-
fecturæ ducalis in Dragun & Ribbenis Capitaneus;
Avia materna, ANNA von Hagen / & ipsa honestissima
femina. Ex his parentibus nata & paulo post, per
lavacrum regenerationis renata hæc defuncta no-
stra, adolevit sub cura & educatione sollicitorum
parentum in timore Dei, cultu pietatis, exercitio
virtutum Virgini primariæ convenientium, & rei
domesticæ cura studioq; diligenti. Hac ratione Vir-
go genere virtute & fortuna præstans ætatem suam
transegit usq; ad annum 1604. id est, suæ ætatis un-
devigesimum: quo nupsit juveni primario & eru-
dito Dn. LAURENTIO Hagemeister / post. Quæstor


Provincial, Is n. Virginis forma & virtute motus,
eam legitimè in matrimonium petitam, è parentibus
providentiam divinam & matura consilia secutis,
inpetravit, & conjugium die 20. Novembr. ejusdem
anni die ceptum, summa concordia ac tranquillitate
ad annos viginti duos perduxit? Nec operæ præ-
cium sedulis conjugibus defuit: siquidem divinæ
benedictionis ope & præsentia septenos liberos, ma-
ter peperit, quinque nimirum filios, filias vero duas,
ex quibus tres, ambæ scilicet filiæ cum fratre uno, in
primis annis decesserunt, compendio ex hac vita in
alteram profecti, cæteris adhuc superstitionibus ac di-
vinæ providentiæ subservientibus. Hunc maritum
suum carissimum Anno 1626 hæc nostra amisit, an-
quo nunc secuta est, præmisit, vidua ab eo tempore,
& viduæ fortunam his duodecim proximis annis
experta, donec ante tres quasi hebdomadas morbo
quodam corporis correpta est, qui die 22. Novemb.
hora 7. matutina finem ei vitæ placidum & beatum
attulit, cum piè ac honestè vixisset annos 53. & ses-
qui mensem i. e. sex hebdomadas. Hæc ergo matro-
na, cum tot annos, ac septimanas, quot scripsimus
vixerit an fragilem ejus vitam fuisse pronuntiabimus?
sane fragilis, imò nulla fuit, si in comparisonem,
cum ipsa æternitate veniat: Pro modo autem vitæ
humanæ haud omnino fragilis, cum innumera my-
riades

riades hominum ad annum ætatis quinquagesi-
mum sua fragilitate non perveniant. Sed morien-
di tamen eam occupavit necessitas. Quidni occupa-
ret? homo enim nata fuerat. Sed ita tamen occupa-
ret, ut mortis necessitatem in vitæ, ejusq; æternæ fe-
licitatē verteret. Nunc enim neq; proprij corporis
curā ut habeat necesse est, neq; mariti quoad vixit,
neq; liberorum, cujus oneris, haud sanè parvi, mo-
lestiam ipsa sola sustinere, post mariti excessum, co-
acta est. Sensit haud dubiè pia & honesta matrona
nostri temporis inusitatas vicissitudines, quæ quā-
to sunt inusitatior, quanto insolentiores tanto
plus doloris afferunt. Atqui eorū, qui ante 50. imò
aute 20. annos in hęc lucem editi sunt, natalis, pacē
profundā, rerum copiā & circumfluentiam & ex ijs
nata lætitiā paratā habebat. Quæ ut ad vivendū
eo tempore hominem invitare poterant parata, ita
nunc erepta non solum desiderium sui relinquunt,
sed & præcisa spes recuperandi, mortis necessitatem
reddit optabilem, ac vitæ alterius desiderium lubē-
tius. Has res an arbitrabimur sine providentiæ di-
vinæ arbitrio & nutu geri? Cur sublato marito ac
ternis liberis mater superstes mansit? ut maritū ac
liberos defunctos, humaret. Cur ipsa nunc sublata
superstes relinquuntur liberi? ut sint, qui ipsam se-
peliant; Hi vero, sublati parentibus, Deo patri, ut ha-

hactenus fuerunt, ita deinceps curæ erunt: Is avuncu-
culum ijs excitavit Virū Ampliss. Dn. BALTHASAREM
Gerdes/vicariam Deo & parentibus operam præsti-
turum: Cur superstes non relicta est auxilio liberis
futura diutius? Quis scit an opera ejus liberis pro-
futura fuisset? Fit nō, non raro ut parentum opera
inutilis, aliorum opem & operam postulet præsen-
tiorē & efficaciorē: quæ cum cōtingit, an absq;
providentiæ divinæ certa ratione contingere pu-
tabitur? Habet ergo quod sibi gratuletur hæc ma-
trona de tot annis, quot vixit: quod conquiatur
nihil habet: nam & honestis ex parentibus vivere
cepit, & pie vivendo mortem sibi reddidit ex neces-
saria beatam, & placidè moriendo Dei ordinem, sa-
pienter providentis confirmavit. Nostrium est, cives
Academici non solum cogitare, illud Laconicum: *Νὼν ἄμρες, προὐτ' ἄλλοι ἐθάλλεον, αὐτίκα δ' ἄλλοι, ἂν ἄμρες, γενεῶν
ἕκαστ' ἐπιφύμεθα*: Sed ad hujus matronæ exsequias fre-
quentes convenite, quod non tam defunctis quam
& fratri Senatori superstiti & nostri ordinis fautori
debemus, Convenietis ergo in æde Mariana ad ho-
ram primam, & salutem Academię ac civitatis una
cum vestra ipsorum incolumitate Deo commenda-


bitis, P.P. Rostochij 25. Novembr, Anno
1638. sub sigillo Rectoratus,

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]





riades hominum ad annum ætatis
 mum sua fragilitate non perveniunt.
 di tamen eam occupavit necessitas. Quæ-
 ret? homo enim nata fuerat: Sed ita-
 ret, ut mortis necessitatem in vitæ, eju-
 licitatē verteret. Nunc enim neq; pro-
 curā ut habeat necesse est, neq; mariti
 neq; liberorum, cuius oneris, haud sa-
 lestiam ipsa sola sustinere, post mariti
 acta est. Sensit haud dubiè pia & ho-
 nostri temporis inusitatas vicissitudi-
 to sunt inusitatior, quanto insolentius
 plus doloris afferunt. Atqui corū, qui
 aut 20. annos in hęc lucem editi sunt
 profundā, rerum copiā & circumfluentem
 natam lætitiā paratā habebat. Quæ
 eo tempore hominem invitare poterat
 nunc erepta non solum desiderium suum
 sed & præcipua spes recuperandi, mortis
 reddit optabilem, ac vitæ alterius deside-
 rium. Has res an arbitrabitur sine pro-
 vinciæ arbitrio & nutu geri? Cur subla-
 ternis liberis mater superstes mansit?
 liberos defunctos, humaret. Cur ipsa
 superstes relinquantur liberi? ut sint,
 peliant; Hi vero, sublatis parentibus,



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No. 037